

facienda sunt cum merito, & excellentia eorum, ad que facienda pro nobis descendit. *Idem.*
 Cum Patribus dico circumcissionem cordis primum consistere in destructione hominis hujus animalis, & in mortificatione hujus concupiscentie, quam peccati corpus vocat Apostolus: legem hanc membrorum repugnantem legi spiritus: hanc Babylonis fornacem, ut loquitur S. Cyprianus, cuius scintille semper ad se se effundendum paratæ terribiles signant clades in animabus. Fili circumcidendatur, hic pater ait, ut sanguis Adæ corruptus, qui in venis eorum manebat, emundaretur sanguine, quem in sancta hac cæremonia fundebant; ut ille quem fundebant præ dolore in facta abscissione, esset tamquam temperamentum illius, qui futurus erat in ipsis causa noxiæ voluptatis; & ut per primum hoc experimentum dolorum, qui illis inferebantur ab incunabulis, docerentur resistere voluptati sensuum per vitam mortificatæ austeritatem. *Idem.*

Advertamus paullisper animum ad modum, quo JESUS CHRISTUS subit ignominiam inhaerentem legi, cui se submittit, & doli, qui inde separari non poterat. Salvator amplectitur utrumque inauditis rationibus, quibus se poterat ab his dispensare. Etenim nonne dicebat, quibus Sanctum Sanctorum non tenori lege peccatoribus dumtaxat illata? Statum, ad quem semper redigebat, infirmare posse auctoritatem sibi necessariam ad obeundam missionem suam; & difficultes se perusalurum esse hominibus divinitatem suam, ubi recordarentur humilitationis, in qua ipsum confpexerat. Cæremoniam hanc melius convenire salvando, quem salvaturo. Non ne affici poterat ægritudine Matris suæ, quæ cum ægerime ferret filium suum tamquam hominem vulgo haberi, quin hoc officeret fidei, quæ habenda erat de illius Sanctitate, & de his, quæ Spiritus Sancti opera in fine ejus contigerant; omnes has rationes nullo habet in discrimine; gloria Patris sui, & hominum sanctificationis illum movens, atque determinans. *Abbas Trappes in Collatione pro die Circumcisionis.*

Circumcisio Salvatoris non solum fuit patientiæ materia, quomodo ceteris erat infantibus; verum etiam occasio præstantissimarum virtutum exercendarum. Virtutum ejus prima fuit fidelis obedientia legi; nam quoniam posset quatenus Deus, & supremus Legislator sexcentis de causis legitimis, & si rem ad juris apicem ponderare velimus, ab illa immunis erat, eo quod originalis noxæ labem nequam contraxerat; tamen submitti voluit præcepto adeo molesto, simulque subit omnia observationum legis antiquæ. Virtus altera, quam exercuit, humilitas fuit; cum enim non posset haberi peccator, quia neque erat, neque esse poterat; voluit saltem peccatoris notam assumere, & circumcidi, sicut alios infantes in peccati fordibus genitos; ita ut quicumque videbat illum sub cubito circumcissionis, credere posset illum esse peccatorem. Quod sane pro nobis ingens est confusio argumentum; cum enim vere nocentes simus, non pudet pro talibus haberi, & justos duci affectantibus. Tertia denique virtus, quam ostendit, fuit ardentissima Caritas, quæ effecit, ut parum illud sanguinis tanto amore, & adeo generoso effunderet zelo, ut jam reliquum esse tunc effundere præsto esset, si ad salutem nostram necesse fuisset. Ad id reapse obulit se, & Patri suæ restatus est, se æquo alacrique animo pro illius quidem gloria, nostra vero utilitate, omnia esse perspsurum. *Pater a Pontre in secunda parte Meditationum de fidei Myseris.*

Heu! Fratres! penetremus, si fieri potest, cor JESU hoc momento, quo circumciditur: videamus ibi, sed cum animi grati sentu, sensus, quos fovet tot rebus implicitus; quomodo acceptat penas nostris criminibus debitas; penas, quas, quodam in sentu dici potest simul omnes pati ipso Circumcisionis sue momento; quia omnes simul mentis sue observantur, & offert se Patri suo quatenus victimam ad eas expandas. Solus amor meus, dicit ille vobis, mihi satis est, ut in bibam calicem hunc amaritudinis plenam, qui vobis paratus erat. Utique, bibam illum; subibo pondus iniquitatum vestrarum, & penas tuam; & quantumvis Sanctus sim, propter amorem vestri non abano videri fecille peccatum, ut penam videar meruisse. *Ex Sermone Manuscripto.*

Propter officium, cui se se JESUS CHRISTUS implicuit in hoc Myserio, invenit se obrutum omnibus Manibus iniquitatis, quas posuit Deus in illo tamquam in vitima, super quam ostendere debet pondus brachii sui: nam, ut nos in statu Salvator omnium penarum genera meretur, omne illi debetur supplicium. Hujc ille se subicit, & modo

vere dicere potest Patri suo, quod illum dicentem in ipso nativitate articulo inducit Apostolus: sanguis animalium jam nihil habet, quod obtutus tuos allucere mereatur. *Corpus autem aptasti mihi, hoc hodierna tibi offero in sacrificium aliquando tibi immolandum. Heu! tunc quod moratur, quominus jam compleam hanc sanguinis mei baptisimum, quo abluturus sum omnes homines, ut illos tibi reconciliem? & quomodo cavetur usque dum perfectatur? (Luc. 22.)* Homo tua est imago; deformata quidem per peccatum, verumtamen ad similitudinem tuam creata; illam ne perire fines, & preuendo facillime digressu offendant reparabit? Ecce me, omnis Justitia Deus! venio pro hisce rebellibus, & in locum eorum, & tamquam illorum victimam, ut eam reparationem instituum, quam merito postulas: feci quidquid opus est, ut ferem obiectum iræ tuæ. Gesto peccati notam; verum nihil ne in me est ad gratiam illis promerendam? Nunquid me ignoras? & quia passibilis effectus sum, nunquid esse desisti Filius ille dilectus, in quo tibi complacere confueveras? *Idem.*

Dei Filius in hoc Myserio Judaicam abolet circumcissionem, quæ carnem dumtaxat mortificabat; & aliam instituit circumcissionem, quæ non servatur ad litteram, quæ occidit, sed secundum spiritum, quæ vivificat. Per circumcissionem suam finem imponit antiquæ legi, que in illius persona erat desitura, & novam irrogat legem: legem sanctiorem, perfectioremque his omnibus, quæ præferuntur; legem, quæ ipsas amovet peccatorum causas per placita proflus opposita illis, quæ regnum peccati perennant; legem, quæ docet contemnere honores, & opes, quæ sensuum voluptates prohibet, quæ condemnat quicquid a mundus probatur; legem gratiæ, quæ efficit, ut iura inventiatur felicitas in paupertate, magnitudo vera in humilitatione, pax cordis in abnegatione, dulcedo in lacrimis, solida voluptas in ipsa etiam voluptatum amputatione: vera gloria in venia largienda, & benediciendo illis, a quibus injuriis afficiuntur; & alia id genus placita, quæ nova lex docet, & quæ veterem que jam obsolevit, non norant. *Idem.*

Armaari debemus gladio circumcissionis, ut nobismet utilem efficiamus Meditationem Dei Salvatoris. Accipe gladium, & sine ulla assentione circumcide voluprosa hæc oblectamenta, hæc libera, & prava colloquia, hæc delicias. Tu vero, mandana mulier, hæc immo dicat sollicitudines, quibus Mundo placere studes; hunc amorem, vel potius idolatricum hoc tuimer ipsius cultum. Abscide, homo vane, ac superbe, insanos hos magnitudinis conceptus, hanc tuimer ipsius existimationem, & generatim quicquid obstat gratiæ Dei tui, si hæc Circumcisio Christi nihil vobis proderit. *(ad Galat. 5.)* Sed fallor; Sanguis JESU CHRISTI non fluit i casuum: proderit ille, si minus fortasse ad vos salvos faciendo, nisi volueritis, saltem ad Deum excusandum, & averterendum ab illo perditionis vestre causam. *Peritio tua Israel. (Osee 13.)* Reddenda vobis erit Deo ratio sanguinis hujus vobis effusi, cujus minima qualibet gutta salvare vos poterat. Ratio quidem terribilis; verumtamen justa, & æqua; & Sancti Senis Simeonis Oraculum non ne adimplebitur in plurimis, eritque vitio eorum ipsorum pernicies? *Pejus est hic in ruinam multorum. (Luc. 2.)* Utique JESUS CHRISTUS est Salvator omnium; sed nemo erit particeps Redemptionis ejus, nisi fuerit circumcissus, videlicet, nisi præ se tulerit christianam mortificationem spiritus, cordis, sensuum, affectuum, & eorum omnium, quæ sunt Evangelicæ legi contraria. *Idem.*

Cum loquor de circumcissione, eam circumcissionem intelligo, per quam peccati operibus abrenuntiamus; eam que veterem hominem exiit, quæ domat cupiditates eo usque, ut nihil contra spiritum moliri audeant; quæ ex corde revellit radicibus, quicquid valet peccati regnum augere, aut perennare: circumcissionem que intelligenda est de omnibus facultatibus hominis, quæ fuerunt peccati confortes. Circumcissionem mentis propter tot cogitationes, quæ illum dispartunt; propter sexcentas obscenas imagines, quæ illum confpurantur, propter tot supervacuas curas, quæ illum distraxerunt: Circumcissionem cordis, quod se tot desideris ingurgitavit; quod infinitis oppositis motibus perturbatum est; ambitioe inflatum, avaritia coarctatum, invidia disruptum, tristitia prostratum, iracundia raptum, metu conturbatum. Circumcissionem oculorum, qui peccato servierunt, & per quos mors in animam penetravit: Circumcissionem lingue imprudentis in verbo, ardentisque in obreccatione, ac proximi laeniæ. Ita per circumcissionem in ipsa origine peccatum evertendum est, *Idem.*

Qua in re circumcisio cordis nobis in lege gratiæ præsertim præstet.

Salvator non audit rationem ex his, qui ipsum exco-municant, nec potest legem circumcissionis.

Hereticæ virtutes quas exco-municavit Deus in circumcissione sua.

Sensus Cor. dicit Galat. toris recipientis circumcissionem.

Dei Filius a hoc Myserio offert di iniquitatis, quas posuit Deus in illo tamquam in vitima, super quam ostendere debet pondus brachii sui: nam, ut nos in statu Salvator omnium penarum genera meretur, omne illi debetur supplicium.

Excellentia novæ legis, quam Salvator instituit, cum per circumcissionem abrogat veterem.

Evangelicæ circumcissionis quam fit ad salutem necessaria.

DE SANCTO NOMINE JESU. MONITUM.



Omnium Circumcisionem Filii Dei, & impositionem augusti, atque adorabilis Nominis JESU duo esse Myseria, quæ ab Ecclesia una, eademque die celebrantur; & quæ in suggestu, ac libris ab aliis sumunt, ab aliis sensum, & in variis sermonibus pertractantur. Nobis a ve visum est seorsim utriusque argumentum pertractare cum propter illius copiam, tum quia pluribus in locis sanctissimi Nominis JESU festivitatis alia die celebratur: quod non prohibebit, quominus de singulis singillatim agendo etiam de altero sermo possit incidere, tamquam necessaria circumstantia, quæ prætermitti non potest: ideoque consulendum erit quicquid de utroque argumento dixerimus.

Ut igitur solide verba faciamus de hoc adorabili Nomine, & omnem effugiamus æquívocationem, curandum est, ut Auditor intelligat, ubi verba sunt de Nomine JESU, de illius virtute, & potentia semper fieri, habita ratione persona, quæ hoc nomine appellatur; vel potius nomen illud accipi pro eadem persona, non autem pro literis, syllabisque nomen ipsum componentibus, vel sono vocis, quo pronuntiat. Supponendum quippe est, nomen repræsentare illum, de quo sermo est, secundum communiem consuetudinem, ac illum præsentem constituere spiritum, ita ut, quicquid de illo dicitur, persona eidem tribuatur.

Argumentum hoc pertractantibus satis esse non debet prolixius verba facere de dignitate, merito, & sanctitate persona, quæ Sancto hoc Nomine infertur, neque ostentare elogia, quorum nullus est finis: sed immorandum est in fructum de recipiendo, qualis est respondere consilii Filii ejusdem Dei, qui Salvatoris nomen accepit; videlicet reddendi nobis hoc nomen efficac, quantum in nobis est cooperando ad salutem nostram per eadem media, per que ille præclarum hoc nomen adeptus est, per obedientiam legis, per humilitatem, passiones, & virtutes omnes, quæ eluxerunt in hoc Myserio, ex quo iudicium ferri potest, sermonem de Nomine JESU amplissimum præbere locum morum discipline, quæ solida sit æque, & necessaria.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Sermonum Synopsis inujus argumenti.

1. Adorabile Nomen JESU hodierna die occupare debet omnes cogitationes nostras, & constituere sermonis hujus argumentum. Etenim fieri ne posset, ut vox nobis deficeret, cum omnia creata, licet sensu carentia, illi certatim benedictionem, & laudum concentum tribuant? Solum ne erimus, qui Magnum hoc nomen non revereretur, & celebremus; cum infernus quoque illius virtutem agnoscat, ac potentiam adoret? Verum ut aliquem ordinem, & aliquos cancellos constitutum elogio, quod sum exornaturus, omne argumentum referam ad considerandas tres augusti hujus Nominis qualitates, quæ infinitam illi reverentiam conciliant. Prima desumitur ex nominis ipsius significatione, quæ complectitur quicquid magnificum, & admirabile est in aliis nominibus. Altera est veritas, quæ innititur merito illud recipientis, ac æquo jure deferentis: etenim, ut S. Bernardus ait: *Non enim nomen vacuum, & inane portat, non est in eo magnum nominis umbra, sed veritas. (Serm. 1. de Circumcisione.)* Tertia est ejus incommutabilitas, quæ illud efficit ita Verbi Incarnati proprium, ut ipsi nisi liceat hoc nomine nuncupari, ita ut qui ante ipsum hoc nomine appellati fuerunt, figuram illius exhibuerint, rem autem minime habuerint. Loquor apertius, & ajo ad hoc nomen illustre sit, tres requiri conditiones. 1. Opus est, ut nobilis sit ejus significatio, & repleat mentem idea aliqua sublimi, cum enim nomen essentialiter ad obiectum suum referatur, inde muratur, quicquid gloriæ, & magnitudinis obtinet. 2. Opus est, ut sit vera, cum enim suapte natura rei figuram sit, & institutum sit ad eam repræsentandam, nomen esse desineret, si cessaret esse illi conforme, neque amplius hæc obtineret conformitatem, si verum esse cessaret. 3. Opus est, ut sit proprium, & peculiare illi, qui eodem vocatur; cum enim fit nota quedam, ex qua homines invicem distinguuntur, liquet ipsum non posse convenire pluribus, non secus ac propria natura, & personales qualitates aliis nequeunt communicari. Sed quomvis nulla creatura concipere, & exprimere queat omnia mirabilia, quæ hoc Nomen JESU complectitur, & ille solus, qui hoc imposuit, æternus videlicet Pater, no-rit, & comprehendat infinitas perfectiones illius, qui Verbum suum est; hoc tamen, mea quidem sententia illud est, quod aptissimum est ad nobis adstruendam ideam, & excellentiæ nominis hujus, & gloriæ illud hæc die recipientis. Nomen est continens quicquid in aliis maxime nitet, nomen est verum desumptum ex meritis, neque inanis est honoris titulus, ut alia pleræque; Nomen est Incarnati Verbi proprium, quod uni illi jure congruit. Hæc eelogii nominis hujus, atque sermonis partitio est. Ratus sum necesse non esse prolixius tres explicare partes, quandoquidem omnes earum rationes, & probationes maxime naturales in subsequentiis paragraphis latius explicitè occurrent.
- II. Gloriosum hoc Nomen JESU duplicem habet rationem, alteram quidem ad eum, qui eodem nuncupatur, alteram vero ad homines propter amorem quorum ille hoc nomen assumit. Etenim ratione habita Incarnati Verbi, cumulus est, & apex gloriæ ipsius, & nomen super omne nomen, quemadmodum illud Sanctus Paulus appellat. Habita vero hominum ratione, in quorum gratiam assumit

tur, fundamentum est totius spei, non enim aliud nomen est sub celo, in quo oporteat nos salvos fieri: (Act. 4.) Gloria est Salvatoris, quia est expressio nature ipsius, officii, meritorique, quæ ex S. Bernardi sententia tria sunt, ex quibus nomen est desumendum, ne vacuum sit nomen. Et est spes nostra, quoniam assumit illud fundans sanguinem suam, opus salutis nostræ incohaturus. Hæc duo que complectuntur totum Mysterium, totumque diei hujus Evangelium, efficiunt utramque partem eelogii augustissimi hujus Nominis JESU.

Pars prior. Præclarum hoc nomen Incarnati Verbi gloriam constituit 1. quia nobilissima est expressio ejus, quod est: Si enim nomen esse debet declaratio nature alicujus rei ad esprimendam paucissimis verbis extensivum perfectionem ejusdem, quis dubitare potest, quominus cum inventum fuerit ab æterno Patre, & de Cælo allatum, non exprimat perfectissime id, quod proprium est hujus hominis-Dei? Perfecto si homines Salvatore indigebant, hic esse debebat Homo Deus; & si Deus de Cælo descenderetur erat, & inter homines converteretur, hoc fieri oportebat, ut illos salvos faceret: ita ut hoc Nomen factum tamquam propria illius differentia; ab aliis ipsum distinguit. 2. Hoc ipsum nomen desumptum est ab officio, quo fungitur in terra, quale fuit nos salvos faciendi. Non opus est magnis argumentationibus ad hoc probandum; satis est dicere ipsum unum adimplevisse omnia hujus provincie munera: *Ipsæ enim salvum facies populum suum a peccatis eorum. (Matth. 1.)* ideoque Salvator vocabitur. Quæmadmodum ergo calamitas, in quam nos peccatum demeruerat, omnia complectitur mala excogitabilia, ita ut Salvator esset, ac perfungeretur omnibus muneribus huic oneri inhærentibus, eos ab omnibus hisce malis liberare debebat; sed quid egit ille, aut quid agere potuit, Dei Filius liberans nos a peccato, quod illorum est causa? In hoc omnes vitæ suæ labores, omniaque impendit momenta &c. 3. Nomen hoc inde gloriosius fit, ac nobilius, quod desumptum est ex meritis ejus, ut Sanctus Paulus testatur: *Propter quod exaltavit illum & donavit illi nomen, quod est super omne nomen. (ad Philipp. 2.)* Neque miremini; nam sicuti ad salvandos homines, illi patiendum fuit, & infinite semet exinanire debuit, ad æterni Patris sui gloriam reparandam, quam peccatum illi abrupuerat; Pater suus ad remunerandum illius meritum, ejusque passionis, & humiliações dedit illi nomen JESU. *Propter quod exaltavit illum.* Ostendi potest hæc semper hominum ambitionem fuisse, illustre nomen gerendi, quod præclarum aliquam testaretur dignitatem. Nullum autem unquam gloriosius est illo, quod ex meritis desumptum est: ideoque Filius Dei JESUS appellatus est ob factum omnium gloriosissimum homines salvos faciendi eo modo, quo ipse operatus est.

Pars posterior est ostendere gloriosum hoc nomen fundamentum esse omnis spei in hominibus propter quorum amorem illud accepit. *Non aliud nomen est, in quo oporteat nos salvos fieri. (Act. 1.)* 1. Spes hæc innititur pretio, quod perolvere dignatus est: *Empti estis pretio. (1. ad Cor. 2.)* 2. Innititur extensioni virtutis ejusdem: quia Salvator est universe omnium mortalium. 3. & uberi copia ejus Salutis quam nobis promeruit: *Copiosa apud eum redemptio. (1. ad Cor. 2.)* Quod S. Bernardus triplici verbo complexus est, *pretium, virtus, meritum.* Hæc tres spei causæ fufus expressæ, & amplificate deinceps in subsequentiis paragraphis inveniantur. *Hæc est partitio*

PARAGRAPHUS III.

Lexi, exempla, Figura, Applicationes Scripturarum, hinc Argumento.

Omnipotens Nomen eius. Exod. 15. Quam admirabile nomen tuum in universa terra. Psal. 8. Confitebor tibi Domine magni tui. Psal. 98. Sanctum, & terribile nomen eius. Psal. 110. Magnificenti super omnes, nomen sanctum tuum. Psal. 137. Exultatum est nomen eius solus. Psal. 148. Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Psal. 113. A Solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini. Psal. 112. Turris fortissima nomen Domini. Proverb. 18. Quod nomen eius, & quod nomen Filii eius, si nesci. Proverb. 4. Propter nomen tuum, Domine, propitius habebis peccato meo, multum est enim. Psal. 24. Oleum effusum nomen tuum. Cant. 1. Vocabitur nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Etor futuri saeculi. Isaia 9. Ego sum Dominus, & non est absque me Salvator. Isaia 43. Nomen novum, quod est Domini locutum est. Isaia 62. Excelsum nomen eius. Isaia 11. Pellantur nomen sanctum tuum. Ezech. 36. Suscepit David nomen justum, & hoc est nomen, quo vocatur homo eius; Dominus justus noster. Jerem. 23. Quid queris nomen meum, quod est mirabile. 1. Jud. 13. Impositum super caput eius cassidem. Iesus scriptum JESUS Nazarenus &c. Matth. 27. In nomine tuo demonia ejicient, lingua loquentur novis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocent. Marc. 16. Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam. Joann. 14. Vocatum est nomen eius JESUS, quod vocatum est ab Angelo priusquam in usum converteretur. Luc. 2. Non enim aliud nomen est sub celo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. Act. 4. Hanc gaudentes a conspectu confisisti, quoniam digni habiti sunt pro nomine JESU consumeliam pati. Act. 5. Venit Filius hominis salvum facere quod perierat. Luc. 19. Ostandum illi, quanta oporteat eum pro nomine tuo pati. Act. 9. Denavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine JESU omne genus sceleretur, caelestium, terrestrium, & infernorum. ad Philipp. 2. Omne quodcumque factis in verbis, aut in opere, omnia in nomine Domini JESU facite. Ad Coloss. 3. Nemo potest dicere, Dominus JESUS, nisi in Spiritu Sancto. 1. ad Corinth. 12. Tanto melius Angelis effectus, quanto differentius pra illis nomen hereditavit. Ad Hebr. 1. Salvare in populum potest. Ibidem. Sanguis JESU CHRISTI emundat nos ab omni peccato. 1. Joann. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Ibid. 2. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quod CHRISTUS JESUS venit in hunc mundum peccatores salvos facere. 1. ad Timoth. 1. Omnis, qui invocaverit nomen Domini, hic salvus erit. Ad Rom. 10. Ostandum in te virtutem meam, ut annuntietur nomen meum in universa terra. Ad Rom. 9. Justificati estis in nomine Domini nostri JESU CHRISTI. 2. ad Corinth. 5. Ut clarificetur nomen Domini nostri JESU CHRISTI in vobis, & vos in illo. 2. ad Thessal. 1. Ipsi audivimus, & scimus, quia ipse est Salvator mundi. Joann. 4. Ego sum JESUS, quem tu persequeris. Act. 19. Qui est Salvator omnium hominum. 1. ad Timoth. 4. Deus misericordiam suam Salvatorem mundi. 1. Joann. 4. Apparuit gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus. Ad Titum cap. 2. Omnes gentes quascumque scilicet, venient, & glorificabunt nomen tuum. Psal. 85. Propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos. Psal. 78. Propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Ibidem. Afferre Domino gloriam nomini eius. Psal. 93. Gloriamur in te omnes, qui diligunt nomen tuum. Psal. 115. 5.

Exempla, & figura Antiqui, & Novi Testamenti.

L Eginus Exodi capite 33. Deum excitare volentem populum suum ad legem suam observandam, promississe se datum illis Angelum, a quo tamquam deo regerentur, ideoque serio cum ipsi debuit adhibere honorem, quoniam ipse illi daturus erat nomen suum tamquam arham eorum, quae ipse pollicebatur. Et est nomen meum in illo. Imbecillis figura foderis, quod dignatus est Deus cum hominibus percutere. Dens qui illos caelos creavit, vult eos aeternum beatos efficere in hac terra promissionis; neque satis esse putat in scripturis suis indigare illis viam, quam sequi debent illic perventuri; nam videns viam, quam illic adducit arduam, & difficilem esse, & plerisque ignotam, ac periculis, atque erroribus plenam; dedit illis non solum Angelum ducentem, sed Regem Angelorum, qui illis praerit, ac eos tuo deduceret. Sed quoniam providebat inter eorum multitudinem qui hanc viam sequantur, & qui ideo viatores appellantur, alios diffidere posse de promissionum suarum magnitudine, & alios de ducis sui fidelitate, Deus cito hunc duci, & Angelo visibili nomen imposuit, quod illos confirmare posset, & nomen hoc est JESUS, Salvatore significans. Nomen, quod est velut pignus certissimum, ipsam promissam Fidem praeritum esse, & consummatum in Cruce, ubi hoc ipsum retinebit nomen id quod se executurum recepit excipiens illud; videlicet nos salvos esse facturum, & deducturum nos ad beatum hunc terminum, quo tendimus. Tres occurrunt spectabiles in veteri Testamento viri, qui hoc Salvatoris nomen, sed diversis de causis adepti sunt. Joseph vocatus fuit Mundi Salvator eo quod Aegyptium universam a fame tutatus est. Josue filius Israelitarum Salvator in bello contra populos, qui terram promissam occupaverant. Jesus Filius Sirach medicus erat, & opulatus est populo Dei in his morbis, quibus afflictae. En tres Jesus, vel tres Salvatores; Primus in fame, alter in bello, tertius in peste, ac agitudine corporis. Sed unus fuit Dei Filius, qui salvos fecerit homines liberans illos a peccatis. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. (Matth. 1.) Hac peculiariter est divini huius hominis gloria. Pater non poterat gloriosius de illo consilium concipere; neque poterat Filius augustius Nomen recipere, quam hoc Salvatoris peccatorum. Jacob Patriarcha cum nocte lota luctatus fuisset cum Deo, petiit ab eo quod nomine appellaretur: Dixi mihi quod appellaris nomen? Cui nihil respondit, nisi: Cur queris nomen meum? (Genes. 32.) Quasi diceret, Nomen meum est ineffabile; & quid ad te attinet illud scire, quoniam illud nequis comprehendere? Manu in Judicum libro hoc ipsum nequis ab Angelo, qui Dei Majestatem representabat. Quod est nomen? (Judic. 13.) qui non aliud tulit responsum, nisi: Cur queris nomen meum, quod est mirabile, & humana mente incomprehensibile? Quis dubitare poterit, noluisse Deum aperire hoc pacto mirabilia, quod aliquando complexurum erat Nomen JESU, quod plurimum, sique gravissimi Auctores censuerunt idem esse, ac ineffabile nomen JEHOVAH quod proferre licebat nemini. S. Chryllostomus inquit de nomine Abram, quod S. Patriarcha Abram appellabatur, antequam circumcideretur, esse historiam de fide, & actionibus magni huius Patriarchae: Profecto ante circumcissionem Abram appellabatur, sed postquam accepit in corpore suo hunc characterem, incipit vocari Abraham defertens signum, ac mercedem magnitudinis virtutis suae. S. hic Doctor animadvertit, Nomen JESU Salvatori impositum fuisse, cum subdidit se legi Circumcisionis: sed addendum est, hoc illi impositum fuisse tamquam historiam earum rerum omnium, quae fecit deinceps pro hominum falutem. Unde concipere licet, figuram, & veritatem perfecte conciliari, quoniam Apollolus asserit, Nomen JESU fuisse premium humilitationis, quam perulerat, ut fieret hominum Salvator. Judaei tanta reverentia colebant Nomen Jehovah, ut ne proferre quidem illud auderent, & ubi illud legentibus Sacra Biblia occurrebat, quod ad hanc quoque diem faciunt, in ejus locum proferebant Adonai. Tamen Summus Sacerdos illud gerebat in fronte in aurea descriptum lamina, & semel tantum quoniam proferebat illud, cum in Sancta Sanctorum ingrediebatur. Et S. Thomas pluribus rationibus probat, nomen hoc illud esse, quod unum omnium maxime proprium sit Deo, eique conveniat. Verum si conseratur Nomen JESU cum nomine JEHOVAH, facile innotescet, illud plura in significatione sua complecti Mytheria: quoniam duo maxima Religionis nostrae Mytheria, Trinitas, & Incarnatio in factu hoc JESU Nomine continentur. Quapropter mirum videri non debet, si dicat Apollolus: Donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine JESU omne genus sceleretur, caelestium, terrestrium, & infernorum. (ad Philipp. 2.) Et ad Ephesios. Nomen super omne.

Nomen quod Deus impositus Angelis, quem dicit populo suo, ut ab eode regerentur, figura est nominis JESU. Mutata nominis Abraham in Abraham figura merit Nominis JESU. Figura nec veritas, quae debetur Nominis JESU.

domine, quod nominatur non solum in hoc saeculo, sed etiam in futuro. (ad Ephes. 1.)

Verum est, ex Scripturis innotescere, plures gessisse nomen Salvatoris, cujusmodi sunt Patriarcha Josue, Josedech, de quibus locuti sumus; sed vere, & jure fatendum est Dei Filium nomen hoc fuisse promeritum, illum, qui non solum saluum fecit, vel in libertatem vindicavit, vel illuminavit populum peccatorem, quod alii fecerunt, sed generatim omnes homines, qui non solum premebantur corporali fame, vel tyrannica Aegypti, vel Babylonis captivitate; sed qui sepulti erant in tenebris, & in umbra mortis, detenti sub servitute demonis, & peccati; adquisito illi jure ad Regni caelestis hereditatem. Itaque omnes isti viri, quos narrat Scriptura Jesus vocatos fuisse, non nisi figurae extiterunt JESU CHRISTI: non fecus ac gratia, quas Justorum populus per illos accepit, fuerunt dumtaxat figurae earum, quas homines per JESUM CHRISTUM sunt recepturi.

Ex omnibus legis antiquae figuris exitus de Aegypto illa est, quae magnificentius, ac pressius exprimit mysterium Redemptionis nostrae, quae per JESU nomen significatur. Populus Israel exitu diuturna erutus servitute fugit per mare rubrum, quo omnes illos hostes merguntur. Denique liberatur virtute virgae crucem referentis. Multa sane inter duas haec liberationes conveniunt; tamen magna mihi videre videtur oppositionem inter utrumque liberatorem. Vix Moyses eligitur futurus Salvator Israel, cum ex simplici pastore fit populi sui caput, & Deus Pharaonis. JESUS contra vix inuit nos salvos faciendi consilium, & ad id vix JESUS vocatus fuit, cum, quamvis suapte natura Deus esset, & Rex viri nativitas suae, fit homo, & hominum omnium novissimus. Desideravimus cum aspectum, & novissimum virorum. (Isaia 52.) Moyses percutit Aegyptios, flagellis opprimit, & afficit plagis. Moyses virgam tenet manu, tamquam jurisdictionis insignis; JESUS CHRISTUS tamquam nocens crucis suffigitur. Denique Moyses cum populo per Ericharum mare salvatur, & JESUS CHRISTUS proprio Sanguine immergitur.

Josue una fuit ex praestantissimis figuris Salvatoris Mundi, & ex numero eorum, qui ex nomine eius vocatus fuit. Hoc Duce Judaei terram promissam ingressi sunt; nomen ejus tanti fuit apud Deum, ut Deus ipse illi obedire vult: Obediens Domino voci hominis. (Josue 10.) Propterea Tertullianus adversus Marcionem ait, magnum hunc virum, qui figura erat JESU CHRISTI, qui venturus erat ad homines salvos faciendos, JESUM fuisse appellatum. Sed potentia Filii Dei hoc nomen ferentis, quod sibi sanguinis sui effusione comparavit, tanta est, ut Ecclesia peat quidquid obtinerit cupit per merita JESU Christi, & ipse tenebitur, quidquid ipsi in nomine suo petierimus a Patre, nos esse consecuturos.

Mos erat Judaeorum filiis nomen imponere ipsa die Circumcisionis eorum. Non erat hoc Dei Praeceptum, sed conventio innoxia exemplo Abram, quod Deus vocavit Abram, cum eidem circumcissionem praecipit. Quomodo cumque sit, hoc factum est cum Filio Dei: Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatus est nomen eius JESUS, quod vocatum est ab Angelo priusquam in usum converteretur. Hac circumstantia non sinit nos dubitare quo minus magna in hoc Nomine contineretur Mytheria. Et profecto continet id quod de Messia gloriosissimum praedictum fuerat: quandoquidem secundum Isaiaam vocandus erat Emmanuel, videlicet Deus nobiscum, admirabilis, Deus fortis, Pater futuri saeculi, Princeps Pacis. (Isaia 9.) Sed omnia haec nomina, eorumque similia non nisi Nomen JESU significant, hoc est Salvatore.

Nunquam superstitio Diis gentium deulit titulum Salvatoris. Hic unum reservabat JESU CHRISTO, & proprie ad illum pertinebat. Ethnici, sicut palam S. Augustinus ostendit in admirabili tractatu de Civitate Dei, Ethnici potius erant Deorum suorum Salvatores, quam ab illis salvarentur; nos vero Christiani, addit ille, adoramus Deum, & Deum Salvatorem; & ex duabus hisce qualitatibus altera ad alteram eluctandam conducit; quia scimus Deum nullis percerisse supplicibus, ut nos salvos faceret, quia nos terat Deus & dubitare non possumus, utrum fit Deus noster, nec ne; quia nos salvos facere voluit pretio sanguinis sui.

Ambigi nequit, utrum Nomen hoc acceptum sit nec ne filio Dei, quandoquidem praetulit illud omnibus titulis honoris, quos illi tribuebat divina Filiatio, & omnibus magnificentis elogiis, quae Prophetae eidem ante nativitatem temporalem ejus ei deulerunt. Quapropter secundum S. Hieronymum mentem hoc illi fuit loco mercedis congrua omnibus humilitationibus crucis suae, omnibusque vitae laboribus. Ideo in ipsa etiam cruce deulit illud, tamquam honoris diademata; cumque passus fuisset a Judaeis sibi coram Pilato Regis titulum denegari, passus non est sibi negari Nomen JESU; quomobrem in universa terra hoc praedicari voluit, quia nihil naturae magis consumtum est, quam gloriari de nominibus illis, quae nobis virtus nostra peperit,

potius quam de illis, quae nobis fortuito contigerunt, vel ex generis nobilitate obtinimus.

Rabbinorum error erat censere nihil esse impossibile illi, qui sciret, uti opus est, proferre nomen Jehovah; & huic nihil non cessurum e sententia; & Moysen, cum fecerunt hoc didicisset, tor resiste victorias, quae praemia commiserat, & in Aegypto ea omnia, quae legimus, operatum fuisse miracula: Salomonem, eo quod Nominis huius vim non ignorabat, nihil ignorasse, quod esset in rerum natura; ac tandem omnia miracula, quae Prophetae veteres operati fuerant, accepta referenda esse modo, quo nomen hoc profertur esse cognoverant. Hoc inane erat commentum; sed constans est veritas, miracula omnia, quae operabantur Apostoli ad Religionem instituatandam, & confirmandam, qualia sunt caecis oculorum aciem, surdis aurium usum reddere, mortuos ad vitam revocare, facta fuisse virtute Nominis huius Omnipotentis, quemadmodum ipsi palam praedicabant: In Nomine JESU surge, & ambula, dixit Sanctus Petrus Paralytico. (Act. 3.) Et qui necesse sit alia congerere exempla, dicere satis est, adorabile hoc nomen fuisse velut instrumentum, quod Salvator ipse reliquerat ad operanda insignia miracula, ut inde omnes populi potestatem, & Magistri sui divinitatem cognoscerent. In nomine tuo demonia ejicient, lingua loquentur novis &c. (Marc. 16.) Primis Salvatoris Discipulis Sanctum hoc nomen inculptum erat in corde; nam ut Sacer Textus ait, gloria fibi verteabant omnia contumeliarum, & cruciatuum genera subire, ut illud profiterentur, & coram iudicibus, atque tyrannis praedicarent. Iban gaudentes a conspectu confisisti, quoniam digni habiti sunt pro nomine JESU contumeliam pati. (Act. 5.)

In institutione Christianae Religionis Apostoli tot operabantur miracula. Primi Fideles gaudentes a conspectu confisisti, quoniam digni habiti sunt pro nomine JESU contumeliam pati. (Act. 5.)

Applicationes quorundam Scripturae locorum ad hoc argumentum.

Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum est nomen eius JESUS. Luc. 2. Ubi tempus accessit, Salvator legem adimplere non distulit. Cur nolim hac in re sequi exemplum JESU? Video equidem serius opus mihi saluti meae esse cooperandum. Quod video JESUM pro me facientem, ut salvem me, evocam mihi in mentem hoc faciendi necessitatem. Sentio equidem hoc sine difficultate fieri non posse; sed hoc differre, quod proderit? Hodie vult Deus, ut serviam illi, non in crastinum; differre jam est legi ipsius adversari; imperat enim, ut in praesentiarum obediam. Ubi consistere, Deo aliquando ferendum esse, & statim illi non servio; misere mihi meo adversor: non ne haecenus satis abusus sum tempore? Nonne satis mihi fuit temporis, ut cognoscerem, me omnia a Deo obtinuisse, & me unice Deo omnia debere? Tempus, dies, momentum jam venit: Postquam consummati sunt dies octo. Heu! Numquid octo dumtaxat praeterierat dies, antequam adeo essentialia munera adimplerem? Numquid octo anni dumtaxat, antequam totum fere vitae meae spatium? & quod superest, forsitan non erit satis prolixum, ut desicam praeteritos errores meos. Sed dignatur Deus hoc oblivioni tradere, dummodo hodierna die illi obsequi incipiam. Vult etiam esse Salvator meus; dummodo hodierna die velim salvus fieri.

Cum Dei Filius inciperet obire manus Salvatoris, & Nomen assumere, statim a servitute, nos differre non debemus factis nostrae curam.

Donavit illi nomen, quod est super omne nomen. Ad Phil. 2. Saepe admiratus sum, quod cum Isaia innotuerit recentere gloriosos Messiae titulos, visus fit oblivisci praestantissimum, gravissimum, & gloriosissimum. Vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, Pater futuri saeculi, Princeps Pacis. (Supra.) Hae quidem magna sunt nomina, sed magne Prophetae, ubinam illud est, quod est super omne nomen? Isaia mens erat, Sanctus Bernardus ait, per horum nomina varietatem explicare magnalia, quae nomen JESU complectitur; exprimeudo omnes hoc illustres titulos, qui sunt decora officii Salvatoris. Si enim est Admirabilis, talis potissimum est ineffabili unione duntaxat harum naturarum toto Caelo distantium, quae adorabilem JESU personam componunt. Si Dei Consiliarius vocatur, hoc fit, quia quatenus Salvator particeps est Consilii Altissimi, ut cognoscat praedestinatorum ejus negotia. Si Fortis dicitur, ideo hoc vocatur nomine, quia quatenus Salvator mortem, infernum, & peccatum vicit. Quatenus JESUS est Pater futuri saeculi, quia moriendo parit vitam immortalem. Est autem Princeps Pacis, quia quatenus JESUS, & Salvator Sanguine suo pacem conciliat calum inter, & terram; ita ut omnes speciosi tituli, quorum meminit Isaia, non aliud sint, nisi totidem radii, qui magnum, & augustum Nomen JESU circumdant.

Nomen JESU continet quidquid magnificentiae, & gloriae de Messia Prophetae cognoscitur.

Oleum effusum nomen tuum. Cantic. 1. Sponsa Canticorum ait, Nomen dilecti sui effusum esse instar olei, quia ut S. aliaque praedicant, Nomen JESU oleo est ipsum colentes intelligentiam omnium veritatum Re-comparat. Sanguis Bernardus ait, instar olei inest, passis, nuptis. Illustrat mentem, eamque luminibus replet: inserit in animas simplices ipsum colentes intelligentiam omnium veritatum Re-comparat. Sanguis Bernardus ait, instar olei inest, seu nutrit animas, quae meditantur illud, & adorabilia, quae in eo continentur, Mytheria. Pietas cor inane relinquit, nisi Nominis JESU innotuit.

Similitudo, & oppositio inter mundum salvatorem & Moysen liberatorem.

Volue illustris fuit Salvatoris figura, & JESUS vocatus est.

Excellentia nominis JESU impositi Filio Dei die circumcissionis, quae sit.

Ethnici dilecti sunt unquam Salvatoris nomen de &c.

Nomen JESU acceptum fuit a Verbo incarnato.

Auctoris Sermonum in omnia Ethica Christiana argumenta in omnia 1. Myfteriorum.

III. Pro sermone argumento desumi potest nomen Salvatori impositum in circumfione sua.

1. Quid fecerit JESUS CHRISTUS ad promerendum gloriosum Nomen JESU, & ut vere mortalium omnium esset Salvator passus est, se humiliavit, insumpsit vitam suam in sexcentis laboribus, ut illos ad obsequium suum pertraheret, ac tandem in cruce mortuus est.

2. Quid nobis faciendum, ut fiamus confortes ejus felicitatis, quam procuravit nobis; videlicet ut salvi simus, & efficiamus, ne ipse inuiciter hoc vocetur nomine causa nostra: namque sicut hoc a nobis modo pendet, quandoquidem ipse praestitit, quidquid in ipso situm erat, nos unice causa sumus nostrae perditionis, nos illi gloriam eripimus nominis sui, nisi cum illo saluti nostrae cooperati fuerimus.

IV. Unus Dei Filius hoc nomine antonomastice vocari meretur JESUS, videlicet Salvator, & liberator, non quidem corporum, quales nonnulli fuerunt in lege veteri, sed potissimum animarum, quae gloria est, & prerogativa uni illi debita. Itaque Salvator est cum triplici circumstantia, quae illum ab aliis omnibus fecerunt, & tria sermone puncta possunt constituere.

1. Nos liberat a gravissimis Mundi hujus malis a peccato liberans: Ipse enim saluum facies populum suum a peccatis eorum. (Matth. 1.) A miseris, quae illud consequuntur, ignorantia, errore, poenis five temporalibus, five aeternis, quas peccatum meretur: ita ut nullum accidat malum, cuiuscumque generis tandem sit, a quo incomparabilis iste Salvator nos salvos facere nequeat. Quod si contulerimus Salvatore hanc cum illis, qui in lege veteri hoc nomine appellati fuerunt, statim inferemus eo excellentius, ac praeminentius ad illum pertinere, quo mala, a quibus nos eruit, superant illa, a quibus alii Dei populum liberaverunt.

2. Quia nequaquam satis esse ratus, nos ab impendentibus malis liberavisse, quae nunquam sine illius opera, & ope evitantes, nobis etiam procuravit maxima bona, ut gratia Redemptionis nostrae esset gratia numeris omnibus absoluta. Profecto ipse nos sanctificavit, ipse nobis sapientiae suae lucina communicavit, illi ipsi debemus jus illud, quod quatenus filii ipsius habemus ad aeternam felicitatem; utque tribus me verbis expeditus ad aeternam felicitatem; utque quatenus Saluator noster, Mediator noster est apud Patrem suum; sanctificator noster, quoniam iusti non sumus, nisi quatenus vivimus, & operamur per illum, & propter illum; Noster est glorificator, quia ipse nos adducit in possessionem corona, & gloria.

3. Salvator est, quia singulari modo nos salvat, & sibi acquirit hoc nomen pretio sanguinis, & mortis suae; quia nos salvat ex mera misericordia sua, quia in nobis sit aliquid, quod mereri poterit gratiam hanc, ut ille satisfaceret pro nobis iustitiae Patris sui, quamvis futurum sciret, ut mortalium plerique beneficio adeo singulari abutentur.

V. Aeternus Pater Filio suo recens nato Nomen imponens, videtur in Nomine JESU omnia collegisse felicissima auspicia nominum, quae Sancta Biblia tribuunt filiis veterum Patriarcharum, quorum alia nomina sunt celsitudinis, & gloriae, alia hominis fausti, quae tribuebant locum spei magis alicujus felicitatis, & alia tandem nomina dulcedinis, & consolationis, quae portendebant latitudinem, & gaudium, quo tota cognatio eorum nativitate afficiebatur. Hoc ipsum dicere possumus de Sancto, & adorabili Nomine JESU. 1. Nomen hoc est augmentum, & gloriosum, quia nihil Deo gloriosius, quam homines salvos facere. Ipse etiam ostendit quanti faceret illud, emens illud caro pretio, & nihil praetermittens, ut gloriam hanc mereretur. 2. Nomen est omnis fausti, quia salutem pollicetur; quod nunquam in irritum cedit, quia ab ipsa nativitate incipit illius veritatem ostendere, & consecrat vitae suae primordia huic operi nobis veluti arrham tribuens primas sanguinis sui guttas, omnem effusus ad eundem finem in cruce. 3. Nomen est plenum laetitiae, gaudii, suavitatis, consolationis, quia praefertur est remedium omnibus vitae hujus malis, & debet consolari nos, ac spem facere futuram, ut per ipsum consequamur misericordiam, & mereamur coronam gloriae, quam promittit confidentibus in se.

VI. Praeponendum est, nomina quae tribuuntur hominibus, potissimum tribus finibus deservire. 1. ad representandam illorum nativitatem, & qualitatem. 2. ad exprimendas eorum actiones. 3. ad eos alliciendos, ut suis persurgantur muneribus per eandem gloriam titulorum, qui ipsis dederunt. Quae tres sunt propriae Qualitates Nominis JESU.

1. Hoc nomen representat nativitatem, quam recepit illo a Patre suo; & sicuti in aeterna nativitate sua est inago vivens substantiae ipsius, ac divinarum perfectionum ejus, quatenus Verbum ejusdem; ita Nomen JESU quod

illi Pater imposuit in temporalis ipsius nativitate, est veluti imago, & representatio sapientiae, bonitatis, misericordiae, iustitiae ipsius, & omnium, quae propria sunt Dei facti hominis.

2. Compendiaria est historia actionum omnium, quae fecit propter salutem nostram, laborum, humiliationum, & passionum; quia gloriosum hoc nomen eorum remuneratione est, & cum illud proferimus, harum rerum omnium ideam concipere debemus.

3. Pignus est eorum, quae illi perficienda sunt ad absolvendum opus salutis nostrae, sed pignus, quod incessanter illi ob oculos subjicit necessitate obeundi munera hujus Nominis inhaerentia, & quorum oblivisci non potest non secus ac Nominis, quo vocatur.

1. Ex omnibus nominibus, quae Verbum Incarnatum jure suo accipere poterat, & quae Prophetae dederunt Messias, quem praefolabant, nullum sapientius impositum illi fuit, quam Nomen JESU, quoniam illi inditum fuit ab eo, qui eadem est sapientia.

2. Nullum est, quod magis deceret personam, cui impositum est, quoniam perfecte exprimit provinciam ab illo obeundam, qualis est homines salvos facere, & ad hanc finem omnes cogitationes, consilia, & labores intendere.

3. Nullum pluribus repletum mysteriis in significatione; quoniam exprimit quicquid proprium est naturae, & personae ipsius quatenus Deus, & Homo est.

1. Non potuit Deus melius honorare Filium suum quam illi dando nomen JESU; simul enim contulit illi omnes honoris titulos, qui Salvatoris decem dignitatem, & quae sunt tamquam decora ejusdem.

2. Dei Filius melius non potuit honorare Patrem suum, quam obeundo omnia nominis hujus officia: nihil enim majorem Dei gloriam adfert, quam salvare animas, quae creavit ad imaginem suam, & pro quibus creavit quicquid in orbe universo continetur.

Merito dicit Evangelium: Foras est nomen ejus JESUS. Hoc illi proprium est nomen, in cuius possessione semper permansit; ad eum quippe omnibus pertinet titulus, quibus aliquid ad legitimum possessorem pertinere potest.

1. Per donum, quod illi Pater aeternus largitus est: Donavit illi nomen quod est super omnia nomina. Donum a Principe subdito factum fert commendationem, pretiumque suum; licet quid minimum esset. Pretiosae asservatur, tamquam pignus affectionis, & amoris largientis. Quid autem cogitari potest de titulo Salvatoris, quo Dominus Deus dignatus est Filium suum?

2. Nomen hoc ad illum pertinet emptionis jure, eo quod nos redemit pretio magno: Empti estis pretio magno. (1. ad Cor. 6.) Perfolvit ille pretium sanguinem suum, cuius gutta una sexcentos munde redimere poterat, & divina satisfacere iustitiam, quicquid illi homines debent.

3. Pertinet ad illum jure acquisitionis, tamquam gloriosus titulus, significans victorias ejus de inferno, de peccato, omnibusque humanae salutis hostibus relaxas. Itaque augmentum hoc nomen premium est meritum, & insigniam actionum illius.

In illa Jeremie Prophetae verba cap. 10. Magnus est tuus, & magnus est nomen tuum.

1. Nomen hoc magnum est in significatione Verbi facti carnis, & Dei facti hominis.

2. Magnum in comparata salute humani generis, quae actio est omnium praclarissima, & gloriosissima.

3. Magnum in expressione omnium munerum, & officiorum Salvatoris, quae hoc nomine designantur.

Primum; Nomen hoc Dei Filio sors est gloriae, quoniam hac Salvatoris qualitas complectitur insigniora, & gloriosiora munera, quae excogitari possunt. 1. Reparatoris humani generis per primi hominis peccatum perditum. 2. Mediatoris inter Deum & homines, ad hos cum Patre suo reconciliandos, cujus irritaverant iustitiam, & ultionem per scelera sua meriti fuerant. 3. Redemptoris, per solventis pretium redemptionis eorum, & liberantis eos a Demoniis servitute, cui peccatum illos turpiter subiecerat.

Deinde; gloriosum hoc nomen est nobis arrha salutis. 1. Quia per merita illius, qui hoc appellatur nomine, obtinemus gratiam nostrae conversionis. 2. Obtinemus robur, & vim superandi vitiae, affectus, & tentationes, quae sunt salutis nostrae impedimenta. 3. Quia per hujus Nominis virtutem perseveramus in bono, & adipiscimur gratiam finalis perseverantiae, quae cumulum addit saluti nostrae.

1. Nomen JESU dignum est veneratione, & obsequio propter proximam, divinamque perfectiones, quae in praclari hujus nominis significatione continentur. Continentur enim sapientia, bonitas, sanctitas, misericordia, & amor Dei erga homines; continentur omnia officia Magistrum, Medicum, Judicis, Advocati, Pastoris, Patroni, quae Dei Filio quatenus Salvatori conveniunt. Ad hac, exprimit etiam, & continet omnia beneficia amabilis hujus Salvatoris erga homines, puta, remissionem peccatorum, victoriam tentationum, acquisitionem virtutum, donum perseverantiae, & supremam beatitudinis possessionem.

VII.

VIII.

IX.

X.

XI.

XII.

2. Pe.

Ita tribuit Messias, & quae ad Salvatoris nomen referuntur; quod ipsum praestat Sermon 19. in Cantica.

S. Thomas de sermonibus festis serm. 2. multa praclare dicit de Nomine JESU.

Sanctus Bonaventura serm. 4. de Circumfione. loquitur de Nomine JESU, deque bonis, quae inde recipiuntur.

S. quoque Bernardus de hoc nomine loquitur in duobus sermonibus, videlicet in tom. 2. serm. 49. & tom. 2. item 49.

Gerfon in serm. circumfionis.

Catechismus Tridentini Concilii explicat quid significet Nomen JESU in 2. articulo symboli Apostolorum.

Hortus Pastorum, labor satis notus, hoc ipsum facit in ejusdem Symboli explicatione.

Velasques in Epistola ad Philippenses amplius hoc argumentum pertractavit, & nihil ab eo videtur praetermissum.

Granatenfis libro 6. Memorialis, ubi sermo de Myfterio Circumfionis, & l. 5. p. 3.

P. Ludovicus a Ponte in Meditationibus del Myfteris Fidei, part. 2. Medit. 21. prolixam, & praclam habet meditationem de Nomine JESU imposito Filio Dei in Circumfione.

P. Novet in prima parte de l'homme d'oraison, meditatione pro 3. Januarii die; quae est de devotione nominis JESU.

Idem in meditatione sequenti loquitur de adoratione Nominis JESU debita.

Idem in meditatione pro die 4. Januarii docet, quomodo ferendum sit Sanctum Nomen JESU.

P. Bourgoin in veritatibus, & excellentiis Incarnati Verbi Meditatione 3. pro die 2. post Circumfionem.

Liber cui titulus: Passiones Domini nostri; editus a Patre Thoma a JESU ex Ordine Eremitarum Sancti Augustini, loquitur de Nomine JESU in Circumfione.

P. Neveu in animadversionibus in singulis anni dies, consideratione pro die prima Januarii.

P. Le Valois in Operibus Aeternis habet sermones de Myfteris Domini, ac inter ceteros unum de Circumfione, & Nomine JESU.

Postatus in c. 20. Exord. quae. 7.

Serrarius in Josue tom. 1. c. 2.

Sarez in Myfteris vitae Christi quae. 37. scilicet 2.

Exercitia pietatis pro singulis anni diebus P. Joannis Groislet ex Societate J. loquens de Circumfionis Myfterio agit de Consilio Dei in Myfterio Nominis JESU.

Liber cui titulus: Verus Spiritus, & sanctus usus Sollemniis anni Festivitatum, de eadem re agit in Myfterio Nominis JESU.

Quicumque de Circumfionis Myfterio verba fecerunt, de adorabili JESU Nomine locuti sunt; quia utramque hoc Myfterium eodem tempore, eodemque in loco peractum est.

Olorius, qui latine sermones edidit licet praeroriti scilicet, de industria sermonem edidit in diem Festum Nominis JESU, ubi quosdam habet locos, quibus nostri hujus temporis concionatores uti possunt Tom. 4.

Idem tom. 1. ubi de Circumfionis Myfterio.

Biraot tres habet sermones de Circumfione, in quorum primo nonnulli habet de nomine JESU, in reliquis vero duobus fufius agit de eodem, quandoquidem uterque est ejusdem argumenti.

P. Texier aliquid habet in Circumfionis Myfterio.

P. de la Colombiere in primo tomo, qui continet Myfteria, unum habet.

P. Bourdaloue non separat hoc Myfterium ab illo Circumfionis, ostendens in toto sermone suo, pro illud incoepisse nos salvos facere, & Salvatoris nomen mereri.

P. Castillon in Sermonibus pro Dominicis, festisque diebus Adventus integrum habet de nomine JESU, quod impositum fuit Filio Dei in Circumfione.

Sarazin in prolixo sermone pro die Circumfionis utrumque conjungit Myfterium.

P. Masson in Adventu non nisi in secunda parte Sermonis de Circumfione verba facit.

Lambert in Homiliis in Evangelia Festivitatum Anni, Homil. 62. de Festo Circumfionis fere tota est de hujus nominis dignitate.

Auctor sermonum in omnia Ethica Christiana argumenta, unum habet de nomine JESU.

P. Duneau inter sermones Myfteriorum JESU CHRISTI unum habet de praestantia nominis JESU, & quomodo colendum sit.

Berchorius Titulo JESUS.

Carthagensis in Homiliis de Myfteris.

Raynerius de Pisis. Titulo nomen JESU.

Labatha Titulo de nomine JESU. Collectanea illius haberi possunt potius pro Libro, quam pro Tractatu.

Caeteci alique.

Concionatores praestant.

Collectanea hujusmodi argumenti.

